

## Band VIII., Nr. 2689, Seite 36-37

*Bischof Friedrich von Speyer beurkundet, dass Graf Hartmann von Grüningen durch testamentarische Verfügung einen Marienaltar und eine Kaplaneipfründe in der Pfarrkirche zu [Mark-]grüningen gestiftet und dotiert hat, freit diese Stiftung in üblicher Weise und trifft Bestimmungen über das Verhältnis dieses Kaplans zum Leutpriester der Kirche.*

Speyer, 1277. Juni 19.

Fridricus dei gratia Spirensis episcopus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Noveritis nobilem virum comitem Harmannum de Grüningen dilectum affinem nostrum de nostro et capituli nostri Spirensis consilio et assensu pro salute sue anime et progenitorum suorum salubriter cogitasse et testamentum huiusmodi ordinasse, sicut in presentibus est expressum, videlicet quod inter parrochiam ecclesiam in Grüningen altare quoddam construi fecit in honore dei genitricis Marie semper virginis gloriose, ubi devotus presbiter, quem idem comes vel sui heredes ad hoc presentaverint et pro speciali cappellano duxerint eligendum, absque preiudicio dicte parrochialis ecclesie in propria persona tenebitur perpetuo pro salute dicti comitis nec non progenitorum suorum atque successorum ipsius continue missarum sollempnia celebrare. Et quia spiritualia sine temporalibus non subsistunt, idem comes eidem prespitero in predicto altari celebranti de manso sive agris Ebruini civis in Grüningen viginti maltra spelte et quindecim maltra siliginis nec non duas libras Hallensium annis singulis tam dicto prespitero quam suis successoribus perpetuo deputavit. Heinricus quoque dictus Alzuhen omnesque sui heredes de quodam horreo sito ibidem ad prefatum altare dicto presbitero unam libram Hallensium annis singulis et eius successoribus iure perpetuo solvere tenebuntur. Item tres urnas vini mesure Esselingensis dictus comes dicto altari et presbitero de vinea in Sulzebach<sup>1</sup> annis singulis iure perpetuo assignavit, item tria iugera nemoris in Reitenhart<sup>2</sup> eidem altari et presbitro iure consimili deputavit. Insuper prefatus comes dicto presbitro et eius successoribus edificavit domum quandam cum horreo et attinentiis eius perpetuo possidendam, ad quam

<sup>1</sup>Laut GUSTAV BOSSERT: Topographisches. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte N.F. 13 (1904), S. 338-340, S. 339 wohl eher ein Flurname bei Markgrüningen als Sulzbach an der Murr.

<sup>2</sup>Laut GUSTAV BOSSERT: Topographisches. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte N.F. 13 (1904), S. 338-340, S. 339 wohl ein Flurname bei Markgrüningen.

## II

spectare debent omnes redditus perpetuo suprascripti, quam et cum predictis pertinentiis et redditibus omnibus ab omni exactione seu stura a se et suis heredibus seu successoribus decrevit et statuit esse liberam et immunem. Nos quoque dicte domui omnibusque redditibus ad predictum altare et eius presbiterum spectantibus libertatem et immunitatem concedimus per presentes, que ceteris ecclesiarum dotibus solet dari. Preterea ut inter plebanum de Grûningen et presbiterum seu cappellanum predictum pax et tranquillitas observetur, nolumus, quod idem cappellanus nisi rogatus a plebano vel eius vicario aut propter defectum omnium sacerdotum ibidem aliqua ministret ecclesiastica sacramenta nec oblationes ad stolam recipiat manuales, que tempore offertorii a fidelibus offeruntur, quibus nolumus parrochiam defraudari. Ad robur igitur et evidentiam predictorum nos presentes litteras sigillorum nostri et capituli Spirensis de ipsius comitis rogatu beneplacito et consensu munimine fecimus roborari, appendit etiam dictus comes suum sigillum in ratihabitionem et testimonium predictorum. <br> <br> Acta sunt hec in civitate Spirensi, presentibus testibus subnotatis, videlicet P[etro] preposito maiore, H. preposito sancti Wydonis, Eberhardo canonico, magistro Sigilone prebendario Spirensi, magistro H. de Augusta, fratre Bertholdo de Esselingen ordinis fratrum Minorum, fratre Ulrico de Mulenburne cappellano nostro, Bainone de Wihingen et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, XIII. kalendas Julii.

—

Nach dem Karlsruher *Liber obligat. Spirensium*, Bd. 1, fol. 109 b, mit der Überschrift: *Testamentum comitis de Gruningen et institutio unius prebende ibidem.* <br> <br> In dem Abdruck bei FRANZ XAVER REMLING (HRSG.): *Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe zu Speyer*, 2 Bde., Mainz 1852-53. [ND Aalen 1970], Bd. 1, S. 347, steht – abgesehen von einigen anderen unbedeutenderen Abweichungen, hauptsächlich in Stellung der Wörter – *intra* statt *inter*, *Ebervini* statt *Ebruini*, *Esslingensis* statt *Esselingensis*, *hallencium* statt *Hallensium*, *volumus* statt *nolumus*, *Mulenbrunne* statt *Mulenburne*.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

67/449 fol. 109 v - 110 r

**Editionen:**

UB Bischöfe Speyer, Bd. 1, S. 347.

**Literatur:**

OAB Ludwigsburg, S. 270.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Speyer

**Ortsindex:**

Augsburg, A<br> Enzweihingen Wohnplatz (1115)<br> Enzweihingen, Vaihingen an der Enz, LB<br> Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)<br> Esslingen am Neckar, ES<br> Grüningen Wohnplatz (17484)<br> Grüningen, Riedlingen, BC<br> Markgröningen Wohnplatz (1046)<br> Markgröningen, LB<br> Maulbronn Wohnplatz (7043)<br> Maulbronn, PF<br> Reitenhart<br> Speyer, SP<br> Sulzbach an der Murr Wohnplatz (1606)<br> Sulzbach an der Murr, WN